



Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio
XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum
Theologis ac præcipuè Societatis Jesu**

Estrix, Aegidius

Moguntiæ, 1679

Propositio XIV. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis; quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

nis, si placuerit; jure an injuria, non defini-
nio, parum pensi habet ipse. Laborabit vero,
ut hos omnes faciat Jesuitas cum Joanne San-
chez, imò ut religiosos faciat omnes.

PROPOSITIO XIV.

Licitum est absoluto desiderio cupere mortem
Patris, non quidem ut malum Patris, sed
ut bonum cupientis; quia nimur ei obventura
est pinguis hæreditas.

Hanc rursus propositionem ait esse traditam
à Tamburino, & quidem claris verbis, si-
mulque ab eo citari, ut autorem doctrinæ
eiusdem, Castropalaum loco supra citato.

Utrumque est impostura manifesta. Quod
ad doctrinam Tamburini attinet, hic libro
illo 5. c. 1. § 3. n. 29. apertè contradicit pro-
positioni his verbis: *an possit Filius mortem Pa-*
tris optare, vel de illâ gaudere, non ut malum
Patris (hoc enim esset odium execrandum) sed ut
ipse filius paterna hæreditate fruatur si so-
lum desideres, vel cum gaudio excipias ejusmodi
effectus, hæreditatem, molestia parentiam &c.
facilis est responsio: licet enim haec optas, vel
amplectaris: quia non gaudes de alterius malo,
sed de proprio bono. Certè non potest quis licet
gaudere de fornicatione, de comeditione carnis, ut
facta die veneris &c. nec illa desiderare, ut tunc
fiant: quia gauderet de peccato, illudque desidera-

ret : tamen posito , quod hæc cum peccato qui
commisit , potest de habita prole sibi complacere ,
deque viribus refectis : quia non de peccato gaudet ;
sed de effectu secuto , qui bonus est : ITA IN CASU
NOSTRO. Manifestum est , in his contineri
propositionem contradictoriam damnatæ.

Quod verò accusator addit , à Tamburino
citari Castropalaum , ut autorem doctrinæ ,
quam continent propositione damnata , falsissimū
est : citatur , ut autor doctrinæ , quam ibi tra-
dit Tamburinus , & quæ est apertè contra-
dictoria damnatæ , ut jam patuit : & revera
Castropalaus *tom. I. Tr. 2. d. 2. p. 10. §. 2.*
n. 11. quem locum citat Tamburinus , diserte
contradicit propositioni damnatæ : adeat lo-
cum , cui id lubet : neque enim in gratiam
accusationis tam futilis describenda sunt sin-
gula.

PROPOSITIO XXV.

CVM causa licitum est jurare sine animo ju-
randi sive res sit levis sive gravis .

Autor propositionis rursus citatur Tambu-
rinus *I. 3 c. 3. §. 2. n. 1.*

Respondeo damnata est propositione sicut ja-
cet : aliter vero jacet in Decreto , aliter in
Libro Tamburini : quia in Libro Tamburini
sic jacet , ut constet ex adjunctis , illa ver-
ba , jurare sine animo jurandi habere significa-

tionem
ut ja
Tam
randi
ita u
anim
audie
ficien
ipsa
dem
Saul
Q
docu
mun
ubi
S. T
bis :
ment
juxta
pecca
strid
causa
E
Doc
de C
Mal
opu
The
ad